



B Athō magno animo Germanos ad Danubiū
 in Pānonia habitātes gubernauit. Is eo tēpo-
 re cū Augustus Romæ p̄esset, suos adhortatus, re-
 bellauit, atq; gētes fortissimas Illyricos & Mæstos
 in belli societatem traxit. Itaq; primūm ciues Ro-
 mani oppressi, negociatores trucidati, & magnus
 militum numerus (qui hinc inde ad Istrum in præ-
 sidio erant collocati) ad internecionem cæsus. Au-
 dita tum Romæ in senatu uox, ni caueretur, posse
 hostem in Romanę urbis conspectum uenire. Ita-
 que delectus habiti, reuocati undiq; ueterani, uiri
 foeminæq; ex censu libertinum coacti dare militē.
 Ad tutelam etiam ripæ fluminis Rheni, & ad præ-
 sidium coloniarum Illyricum & Danubium contingentium, serui Romano-
 rum manumittuntur, militiæq; libertini sub proprio uexillo adscribuntur. De-
 inde grauissimum omnium post Punica bella cum Germanis coeptum, quod
 Tiberius Nero, cui iterum tribunitia potestas per quinquennium concessa,
 per quindecim legiones, & parem auxiliorum numerum triennio gessit, idq;
 uaria fortuna.